

penis non excusari Cardinales pretextu servitii, aut jus suum etiam Imperatoris, & Regum, aut distantia locorum, nisi ex causa in corpore Juris clausa, coram Papa allegata, & expresse admessa. Præservatur tamen constitutione Urbani VIII. super residentia Episcoporum etiam Cardinalium. (Vide verb. Episcopus, art. 3. vers. numer. 16. in addit. hispan.)

In septima, ibi: *De alterius*, reservatur Papæ absolutio, & relaxatio eorumdem poenarum privative etiam quoad collegium Cardinalium sede vacante.

In octava, ibi: *Decernentes*, præmissorum observantia injungitur, decretum irritans apponitur, contrariis derogatur cum clausulis admodum urgentibus, consuetudo publicari, & illius transumptis fides adhiberi jubetur.

12 Cardinales, etiam non Episcopi, habent in suis titulis, & in ecclesiis suis titulis subjectis, episcopalem Jurisdictionem, cap. His quæ 11. de major. & obedien. Barbosa leg. 1. Juris eccles. univers. cap. 4. num. 23. Fagnan. in dict. cap. His quæ num. 15. Et ita Joan. Monachus in cap. unio. num. 2. de major. & obed. in 6. attestatur Papam sibi respondisse, & tenent communiter Doctores, ut dicit Abbas in dict. cap. His quæ in 2. non notabil. Et licet ex responso Gregorii XIII. nequeant Cardinales in suis ecclesiis titularibus, & eorum subditis uti illis facultatibus, quæ à Concilio Tridentino concessæ sunt Episcopis in suis ecclesiis, & specialiter illis, quæ comprehenduntur cap. 6. res. 24. eo quod, ut dixit Pontifex, licet habeant quasi episcopalem Jurisdictionem, ibi tamen vere, & proprie non sunt Episcopi: nihilominus hæc decisio, & responsio Pontificis, ut in libris Congregationis Concilii est adnotata, intelligenda est quoad facultates concessas à Concilio, de quibus tantummodo fuit tunc Pontifex interrogatus, ut refert, & tenet Fagnan. in cap. Ne pro dilatione 16. de penitentis, & remissionibus num. 42. & cap. His quæ 11. de major. & obedien. num. 17. Extra tamen facultates à Concilio concessas salva manet Jurisdictio Cardinalium in suis titulis ad præscriptum dict. cap. His quæ: ex sententia dicte Sacre Congregationis Concilii à Fagnan. relata cit. numer. 17. Unde Cardinales in suis titulis habent jus visitandi, sicut Episcopi in suis episcopatibus. Leo X. in constit. incip. Supernæ: edita in Concilio Lateranen. V. sess. 9. cap. 2. ubi expresse disponitur, ut Cardinales loca sui tituli, clericos, & populos ecclesiarum titulo suo subjectarum, si præsentis fuerint in curia, personaliter, si vero absentes per Vicarium idoneum semel statim singulis annis visitent. Sic etiam habent Cardinales in suis titulis jus corrigendi, & excommunicandi, suspensionis, & interdictionis sententias fulminandi, textu expresso in dict. cap. His quæ 11. de major. & obedien. ibi: *Correctionem ipsius Cardinalis recipientes humiliter, & excommunicationis, interdictionis, vel suspensionis sententias, quas tulerit in eos, & ecclesias eorumdem inviolabiliter observantes.* Item in suis titulis habent Cardinales jus instituendi, & destituendi, cap. Querelam, de electione, ibi: *A Cardinali S. Susanae, cui eadem ecclesia semper capella suo titulo in spiritualibus est subiecta, canonice fuerat instituta, & notat Innocentius in cap. Dilectus, de capellis Monachorum num. 4. dicens institutionem, & destitutionem spectare ad Cardinales in suis titulis.* Fagnan. in dict. cap. His quæ num. 21. Et sic possunt conferre beneficia suarum ecclesiarum. Felin. in dict. cap. His quæ num. 1. vers. Adde Innocentium: ubi refert Joan. Franc. Pavin. in tract. de potest. Card. rede vacante, fol. 38. enumerantem aliqua privilegia Cardinalium, inter quæ dicitur fuisse eis concessum à Sixto IV. ut libere possint conferre omnia beneficia in ecclesiis, in quibus sunt intitulati, vel commendatarii. Barbosa lib. 1. Juris eccles. univ. cap. 4. num. 36. Gonzal. ad regul. 8.

18 Cancell. gloss. 13. num. 20. Intellige tamen, quando sunt presentes in curia, seu in urbe; nam in absentia solus Papa confert, ut habetur in regul. 1. Cancell. numer. 13. vers. Secunda. Fagnan. num. 22. loc. cit. Et pariter referunt possunt Cardinales recipere resignationem beneficiorum existentium in suis titulis. Flamin. Paris de resignatione beneficiorum lib. 7. q. 12. n. 8. Diana part. 5. tract. 5. res. 14. Fagnan. loc. Barbos. loc. cit. n. 36. Car-

dinales possunt in suis titulis interesse matrimonii, vel aliis interessendi facultatem concedere; Azorius instit. moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. q. 2. Sanchez de matrim. lib. 3. dispus. 28. num. 7. Basil. Pont. de matrim. lib. 5. cap. 20. num. 6. Barbosa loc. cit. num. 34. & alii passim.

¶ Tituli Cardinalium olim territorium separatam habebant cum Clero, atque populo eisdem subjecto, ut colligere est ex quadam Joannis VIII. consuet. quam refert Baronius ad annum 882. & ipse Cohehus Nor. Cardinal. cap. 25. pag. 168. Dum ita titulum ecclesie Cardinalium curæ conceditur erant, poterant sane in iis matrimonii interesse, vel aliis interessendi facultatem concedere: Sed cum modo hujusmodi territorium desit, ac Jurisdictio inde deducta, opinio illorum Auctorum, quos Lucius sequitur, locum habere non potest; id vero notandum est circa ea quoque, quæ de ultimorum voluntatum permutatione asserit num. 23. & circa dispensationem votorum num. 25. Nam nec subditos in iis habent, neque Vicarios, ut Auctor constituit, quorum ministerio tunc solum utebantur, cum tituli territorium separatam, ut supra diximus, constituiebant.

¶ Cardinales in suis titulis habent jus utendi insignis pontificalibus, & solemniter benedicendi more Episcoporum, licet non sint Episcopi; Hostiens. & Joan. Andr. in cap. 1. de supplend. negligent. pralat. Felin. in cap. Inter monasterium, de re judicat. num. 2. Barbos. loc. cit. num. 34. Fagnan. loc. cit. num. 24. Item Cardinales Presbyteri, etiam si Episcopi non sint, possunt in suis titulis conferre primam tonsuram, & ordines minores suis subditis, & familiaribus; Jacob. de Conc. lib. 1. art. 22. vers. Item Cardinalibus: Martin. Landens. in tract. de Cardinalibus quest. 20. Barbosa lib. 1. Juris eccles. univers. cap. 4. num. 40. & part. 2. de offic. & potest. Episcop. allegat. 3. num. 15. cum plurimis ibi citatis. Item possunt Cardinales in suis titulis commutare ultimas voluntates in illis casibus, quibus possunt Episcopi respectu suorum subditorum; Diana part. 5. tract. 2. resolut. 57. Barbos. loc. cit. num. 39. Et etiam in suis titulis possunt dispensare in iis votis, in quibus dispensare possunt Episcopi in suis diocesis; Diana loc. cit. resolut. 58. Barbosa. loc. cit. num. 39. Tandem possunt Cardinales sive per se, sive per suos Vicarios, in suis titulis reliqua facere, quæ sunt Jurisdictionis episcopalis; Roman. Concil. 498. num. 11. cum sequent. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 7. quest. 3. num. 23. Imolch. Clement. Ne Roman. in 4. quest. num. 24. de election. ubi dicit, Cardinales in suis titulis haberi loco Episcoporum, quoad Jurisdictionem, cujus dictum sequitur Felin. in cap. His quæ 14. de major. & obedien. num. 11. & Fagnan. ibid. & ideo Cardinalis Vicarius urbis non cognoscit de causis sub titulis Cardinalium; Flamin. Paris. de resignatione benefec. lib. 7. quest. 12. num. 121. Manfred. de Cardin. decis. 106. Fagnan. loc. cit. num. 17. Barbosa loc. cit. num. 37. Et supradicta procedunt non solum in Cardinalibus Presbyteris, sed etiam in Cardinalibus Diaconis, scilicet, ut illi in suis titulis, hi vero in suis Diaconiis quasi episcopalem habeant Jurisdictionem; quamvis enim soli Cardinales Presbyteri proprie habeant titulum, & cum titulo inscribantur, ut in cap. Querelam 24. & in cap. Coram 35. de election. in cap. Licet 49. de residuis, & in cap. Ex gestis 2. de Clericis non residentibus, & notat Hostiens. in dict. cap. His quæ 11. de major. & obedien. num. 1. Cardinali ibid. in primo notabil. Joan. Andr. ibid. num. 2. & ibid. etiam Fagnan. num. 28. Est Cardinales Diaconi non habeant titulos, sed diaconiis tamen ex quo sint Cardinales, sive sint Presbyteri, sive Diaconi, sive habeant titulum, sive diaconiam, habent indistincte in suis ecclesiis, & capellis subjectis Jurisdictionem quasi episcopalem, ut expresse statuit Sixtus V. in consuet. incip. Religiosa: edita Idibus April. 1589. ibi: *Præter sex Episcopos Cardinales, qui certis cathedralibus urbis finitimis præsent, singulis Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus proprie in urbe ecclesie, & videlicet, & diaconiæ cum suis Clero, & populo, ac quasi episcopali Jurisdictione in spiritualibus, & temporalibus regenda, & administranda committantur.*

¶ Cardinalis Episcopus residentie lege tenetur. Be-

nédit. XIV. tom. 2. const. 36. inc. Cum à nobis: Cardinales Episcopi sub legibus de residentia Episcoporum expresse comprehenduntur. Idem const. 18. incip. Ad universæ.

30 Cardinales suis titulis possunt conferre tonsuram, & minores ordines personis addictis ejusdem ecclesie servitio. Idem const. 11. tom. 4. incip. Ad audientiam, §. 16.

31 Cardinales Episcopi subdiciarii suffraganeum non habentes, suos subditos promovendo ad Vicarium urbis elegere debent. Idem ibid. §. 11. & 12. Si vero suffraganeum habeant, Alexander VII. constit. incip. Apostolica sollicitudo: decrevit, canonicis quibusdam indictis posse per hujusmodi suffraganeos ad majorem quemcumque ordinem promoveri, nisi peractis antea in urbe in religiosa domo ad id designata, exercitiis spiritualibus per decem dies ad unumquemque eisdem majoribus ordinibus. Idem ibidem §. 11. & 13. possunt tamen per se, vel per alium Episcopum ordinare suos subditos, dum ipsi in diocesi commorantur. Idem ibidem §. 12. Vide ad id jam tradita in tom. 6. verb. Ord. num. 77.

32 Cardinales Episcopi subdiciarii possunt tonsuram conferre suis subditis in capella palatii urbis, irrequiritis urbis Vicario; Idem ibid. 21. Nequeunt tamen in sacello palatii Urbani tonsuram insimul, & minores ordines conferre suis subditis, irrequiritis urbis Vicario; Idem ibidem §. 1. 7. 14. & sequenti.

33 Cardinales Episcopi subdiciarii, dum Romæ commorantur, manent extra diocesis suæ fines. Idem ibidem §. 8. Excusantur autem à materiali residentia, vel quia Pontifex id sciens, & patiens, ipsosque præterea videns, non obstantibus muneribus, quibus pro Apostolica Sedis utilitate occupantur, suburbicariae diocesis regimen recte gerere posse, tacite cum eis dispensat; vel quia ad easdem rerum circumstantias declarat, præceptum divinum de residentia non comprehendere casum illorum, quicertis muneribus in urbe additi, si non materialem residentiam in diocesi præsentem adimplent, formali certe satisfaciunt, non solum adhibita in id ministerio opera, sed propria etiam adjecta præsentia, dum ad ipsam diocesim visitandam percomode se conferunt; ibidem §. 15.

34 Cardinalium Episcoporum suburbicariarum capella sita in palatio urbis, non debet censeri fisione juris, ut aliqui pretendunt, ad hærens episcopatu suburbicario; Idem ibid. §. 15.

35 De Jurisdictione Cardinalium in ecclesiis suorum titulorum secundum præsentem ecclesie disciplinam consilenda est constitutio san. mem. Innoc. XII. incipiens Romanus Pontifex: in Bullario ejus parvo, 106. ubi declaratum fuit Cardinalibus titularibus competere dumtaxat: *Facultatem, seu Jurisdictionem in iis, quæ servitium ecclesie seu loci sui, circa tamen disciplinam ecclesiasticam, & morum correctionem dumtaxat, concernunt.*

36 Hinc patet, Jurisdictionem Cardinalium in ecclesiis suorum titulorum longe minorem ea esse, quæ ipsis tribuitur ab Auctore, tum ab Albitio in sua dissertatione de Jurisdictione Cardinalium in ecclesiis suorum titulorum. De ea disserens Piton. de contro. patron. allegat. 41. num. 31. & plur. sequent. secundum mox allegatam constitutionem: *Quæ quidem constitutio, ait, silere facit hanc questionem super Jurisdictione episcopali per Cardinales titulares præterea, eo ipso quod eorum facultatem restringit ad ea, quæ respiciunt servitium ecclesie cum illa taxativa dumtaxat, quæ omnem aliam Jurisdictionis speciem excludit &c. Per quæ verba constitutionis Innocentianæ non solum excluditur Jurisdictio in populum, & parochianos, sed etiam tributio in Jurisdictione domestica in respectibus servitium ecclesie circa disciplinam, & correctionem morum, quæ competit omnibus capitulis ecclesiarum, seu earum Vicariis, Præpositis, Prioribus, seu Archiepiscopis in forma extrajudiciali pro refo ecclesie gubernio, nempe faciendo ordinationes, & statuta in concernentibus disciplinam ecclesiasticam, & contravenientes absque strepitu ac figura iudicii multando per abstractionem distributionum & fructuum, vocis in capitulo, aliasque similes multas domesticas & extrajudiciales &c. Neque extenditur hæc facultas ad excessus graves, & ad tri-*

bunal contentiosum, ubi delicta castigantur ad vindictam publicam &c.?"

Scriptis autem Pitonius de Jurisdictione Cardinalium in ecclesiis suorum titulorum in examine illius questionis, utrum erectio beneficiorum in ecclesiis titularum, reservatio Jurispatronatus, & institutio pertineant ad Cardinales titulares, an ad Cardinalem urbis Vicarium. Ceterum haud assentior Pitonio; dum num. 8. & plur. sequent. asserit, hosce actus non competere nisi iis, qui vel episcopali, vel quasi episcopali Jurisdictione possent, quum possent etiam Prælato inferiori ex consuetudine, vel privilegio competere; vide Rota coram Falconer. decis. 19. num. 7. & decis. 2. num. 4. de offic. ordin. & territor. separat. cor. Molin. decis. 549. num. 24. in Burgen. Jurisdictionis S. Joannis super territorio separato 20. Januar. 1746. §. 12. cor. Reverendissimo P. D. Bussio nunc Ducano, & 16. Maji 1738. §. 15. cor. clar. mem. Caleagnin.

Ut autem ad propositum redeamus de Jurisdictione Cardinalium in ecclesiis suorum titulorum, conferendum virum Reverendissimum. Tria in synopsis S. R. E. Cardinalium præcipuorum privilegiorum num. 17. ad num. 24. impressa post Plat. de Cardin. dignit. & officio, editionis romane anni 1745 ubi etiam de Jurisdictione Cardinalium in ecclesiis regularibus suorum titulorum verba facit.

ARTICULUS IV.

Quoad Cardinalium privilegia.

SUMMARIUM.

- 1 Cardinales primo gaudent privilegio Episcopis concessio, ut generali statuto, vel sententia interdictionis, aut suspensionis, non includantur, nisi eorum specialis, & expressa mentio fiat.
 - 2 Quæ alia privilegia etiam eis concedantur, usque ad numerum vigesimum tertium recensentur, ad n. 23.
 - 3 Remissive de aliis plurimis privilegiis, quibus omnes Eminentissimi Cardinales gaudent, pertractatur.
 - 4 Novæ additiones ex aliena manu subneuntur.
- CARDINALES primo gaudent privilegio Episcopis concessio in cap. Quia periculosum 4. de sent. excom. in 6. ut generali statuto, vel sententia interdictionis, aut suspensionis, non includantur, nisi eorum specialis, & expressa mentio fiat; Alban. de Cardin. quest. 42. priv. 31. Azor. part. 2. lib. 4. cap. 3. quest. 20. vers. 12. Henriquez in Summa leg. 3. cap. 23. §. 2. lit. X. Bellef. disquisit. Cl. part. 1. tit. de disciplin. Cler. §. 2. num. 48. Bar. l. 1. Juris eccles. cap. 4. num. 69. Hurtado de consuris tract. de susp. diffic. 9. num. 23. Diana part. 5. 2. tract. 2. resolut. 46. Secundo: Cardinales gaudent privilegio eligendi sibi confessarium, etiam non approbatum ab Ordinario, ut colligitur ex cap. Ne pro dilatione 16. de penitentis, & remissionibus, ibi: *Ne pro dilatione penitentiae periculum imminet animarum, permitimus Episcopis, & aliis superioribus, necnon minoribus Prælatibus exemptis, ut etiam præter sui superioris licentiam, providum, & discretum sibi possint eligere confessarium." Nam vides, quod hæc facultas conceditur Episcopis, & aliis superioribus; Cardinales autem, ut patet ex dictis articulo secundo, sunt superiores Episcopis dignitate, & Jurisdictione. Tum quia esto id clare, & expresse non colligatur ex dicto textu, consuetudine tamen ita obrentum est. Reginaldus in practi panit. 1. 1. l. 1. cap. 5. res. 12. num. 32. Toletus in Summa 1. 6. cap. 13. num. 5. Lugo de sacrament. panit. dispu. 19. sect. 5. Henriquez in Summa lib. 6. cap. 13. §. 3. Paul. Comitol. respons. mor. l. 1. quest. 101. num. 4. Lezana verb. Cardinalis num. 7. Barbosa in dict. cap. Ne pro dilatione num. 4. Fagnan. ibidem num. 40. & sequenti. Cardinal. Petra tom. 1. in comment. constit. unic. Joannis XV. num. 49. Azorius institut. moral. part. 2. lib. 4. cap. 3. quest. 16. Qui tamen ibidem vers. Quæres, an Cardinales subdit, Sacram Congregationem censuisse non*

non posse Episcopum jam eligere Sacerdotem non subditum, qui a proprio Episcopo non sit approbatus, quasi innuens nunc post Concilium Tridentinum non posse Cardinales, qui nec sunt Episcopi, nec Legati, confiteri alicui, qui non sit ab Ordinario approbatus, quod etiam sentit Scipio de Rubens in *Aphorism. Episc. vers.* Cardinalis num. 5. Et Fagnan. in *dict. cap. final.* Ne pro dilatione num. 53. & 62. cum sequent. Sed illos reprobant Nald. in *Summa verb.* Cardinalis num. 8. Ludovic. à Cruce in *Bulla Cruciatæ disp. 1. cap. 2. dub. 22. num. 11. cum sequent.* Turr. de *Ponit. disput. 23. dub. 3.* Boss. de *Juribilibus sect. 4. cas. 2. §. 4. num. 11.* citati à Diana mor. resp. part. 5. tract. 2. resp. 10. & quod Cardinales possint sibi eligere confessorium non approbatum ab Ordinario, etiamsi non sint Cardinales Episcopi, tenent expresse Toletus, Lugo, Lezana loc. sup. cit. & alii. Immo Cardinales omnes possunt etiam suis familiaribus commensalibus confessorium, etiam aliis non approbatum, designare, ex eodem fundamento, & quia sunt veluti pastores proprii suae familiae, ita ut ea non subiciatur, quoad sacramenta, parochiali locorum, in qua resident Cardinales, sed solum ipsis Cardinalibus. Nald. in *Summa verb.* Cardinalis num. 8. Lugo, & Lezana loc. citat. Hinc etiam ex praxi curiae dicti familiares in die Paschatis accipiunt communionem in oratoris suorum Cardinalium. Ludovicus à Cruce in *Bulla Cruciatæ disp. 1. cap. 22. n. 17.* Diana part. 5. tract. 2. res. 10. Lezana loc. cit. n. 7.

¶ Dubium est, ut vel ex ipso Auctore liquet, an Cardinales, qui Episcopi non sint, possint sibi confessorium eligere ab Ordinario non approbatum, & multo magis num hujusmodi confessorium ad excipiendas familiarium confessiones deputare possint. Quam ob rem cum de valore sacramenti agatur, quod sine debita jurisdictione nullum esset, nisi aliunde ex expressa Pontificis concessionem constet, hoc privilegium habere Cardinales, ex allatis rationibus concludi non potest, ut Auctor contendit, posse revera ita sibi eligere, vel familiaribus deputare confessorium.

¶ In hoc verb. art. 3. num. 20. valde restringunt Auditor, & Theologus Jurisdictionem Cardinalium in suis titulis, & art. 4. post num. 4. denegat Theologus ipsis Cardinalibus facultatem eligendi confessorium approbatum ab Ordinario, & deputandi pro recipiendis confessionibus suorum familiarium. Ego studui quantum potui cum assistentia juris, & auctoritate DD. magnificare, ut par est, eorum eminentissimum dignitate, probe sciens cum Eminentiss. Petra tom. 1. comment. in const. unic. Joan. XV. num. 46. & pluribus aliis à me allegatis, quod nulla major est dignitas in ecclesia Dei, post Vicarium Christi, cardinalatum, & Clarissim. Rigaltii in regulis Cancellar. tom. 2. pag. 257. num. 92. quod cardinalatus est summa dignitas nobilior episcopatu, & summus gradus post Pontificatum; & Cardin. de Luca de *Jurisdict. discurs. 116. sub num. 8.* quod eorum collegium est dignior, ac primus Senatus qui sit in mundo; & Sacra Rota Rom. allegata à Monacell. rom. 4. Rom. 4. edit. in *Append. decis. 7. num. 49.* & *decis. 18. num. 9. 10. 32.* quod Cardinalis in sua ecclesia titulari non solum habet jurisdictionem quasi episcopalem, sed transcendit etiam veram episcopalem; & dignitas cardinalitia in ecclesia titulari nihil diminuitur, ex quo in pluribus non conveniat cum Episcopo; *ibid. dict. decis. 18. num. 22.* & 23. Unde Cardin. Petra loc. cit. num. 47. ad 49. sic expresse tradit: Immo si fiat mentio in aliquo canone de privilegio Episcopis concessio, eorumque superioribus, concessum intelligi debet etiam Cardinalibus, puta in *cap. final. de privilegiis, lib. 6. §. cap.* Ne pro dilatione 16. de *penit. & remission.* in quorum primo permittitur usus altaris portatilis Episcopis, & eorum superioribus, & tandem intelligitur permissus etiam Cardinalibus, ex declaratione Sacr. Congr. Concil. ut cit. Fagnan. in *cap.* Ne pro dilatione num. 46. de *penitent. & remission.* In secundo vero, quum facultas data fuerit Episcopis & superioribus eligendi confessorium, illam intelligendum esse datam, nedum Legatis, aliisque superioribus Episcopis, puta Metropolitanis, & Patriarchis, sed etiam Cardinalibus, ut tradit citat. Fagnanus in *cit. cap.* Ne pro dilatione per tot. & in *cap.* Cum con-

tingat, de *etate, & qualitàte, & in cap.* His quae de *majorit. & obediens.* per tot. ubi multa, & in *cap.* Ex *gestis num. 11. de Clericis non residentib.* ubi tradit, quod Cardinales in suo titulo curam habent animarum tam fori penitentialis, quam contentiosae.

Tertio: Cardinales de Jure communi gaudent privilegio altaris portatilis, seu Viatici, de quo in *cap. final. de privileg. in 6. uti ibi ipso comprehendi declaravit Sacr. Congr. Concil. teste Fagnano in cap.* Ne pro dilatione 16. de *penit. & remiss.* num. 46. Hodie tamen Cardinales, alique privilegiati omnes attendere debent quoad hoc novissimum decretum Clementis XI. de celebratione in oratoriis privatis, quod ad literam refertur sub verb. *Oratorium num. 5.* Vide ibi num. 5. & 70. ubi affertur posterior declaratio observanda. Quarto: Cardinales gaudent privilegio, quod lites, quas habent inter se, à Papa sint judicanda, & decidenda. Paulus IV. *constitut. 8. incip.* Cum septius: Quinto: Cardinales in delicto debent ex Jure antiquo convinci, antequam condemnentur, per testes 72. si sint Episcopi; per 64. si sint Presbyteri; & per 27. si sint Diaconi; *cap. Praesul. 2. quest. 5. caus. 2. ibi: Praesul non damnetur nisi cum 72. testibus; Presbyter vero Cardinalis nisi cum 64. testibus non deponatur; Diaconus autem Cardinalis urbis Romanae nisi cum 27. testibus non condemnabitur.* At vide verb. *Testis, art. 3. num. 4.* Sexto: Cardinales exempti sunt à gellis, datis, tributis, & aliis oneribus Cameralibus, & non comprehenduntur in Bulla revocatoria Innocentii X. Sic idem *constit. 7. incip.* Et si ea: Septimo: Cardinalium Clerici omnes, domestici comites se possunt illis in recitatione officii conformare; *capit. fin. Clement. de celebrat. missar. Octavo: Cardinales eo ipso quod ad Cardinalatus fastigium sunt assumpti, remanent soluti à patria potestate.* Manfred. de *Cardin. cap. 8. privileg. 8. Azorius part. 2. lib. 4. cap. 3. quest. 20. vers. 11.* Zechius de *republ. christ. tit. 3. de Card. num. 9. privi. 8.* Germ. de *indultis Cardin. §. Quod tit. Romanam, num. 3.* Diana part. 5. tract. 2. res. 42. Molina de *Justitia tract. 2. disput. 229. num. 8.* Barbosa loc. cit. num. 70. & alii passim. Nono: Cardinales ordo schismate, & duobus de Papatu contententibus, Concilium congregare possunt; Manfred. de *Cardin. capit. 31.* Sebast. *Cæsar. in relect. de eccles. hierar. disput. 1. §. 5.* Barbosa loc. cit. num. 76. & alii passim cum Fagnano in *cap.* Cum olim 14. de *majorit. & obediens. num. 50.* Decimo: A sententia ex voto Cardinalium, seu consensu lata minime appellatur, Alban. de *Cardin. quest. 24. vers. 3.* Azorius *dict. quest. 20. vers. 3.* Manfred. de *Cardin. decis. 30.* Barbosa loc. cit. num. 62. & plures alii apud Dianam *dict. part. 5. tract. 2. resolut. 36. per cap.* Ecclesia habet Senatuum 5. *caus. 16. quest. 1.*

Undecimo: Cardinales in beneficalibus non includuntur in regulis cancellariae faciendis post constitutionem 6. Urban. VIII. nisi fiant de consensu illorum, vel majoris partis. Urban. VIII. *const. 6. inc.* Sanctissimum *cap. 70. Barb. loc. cit. n. 54.* cum plurimis ibi citat.

Duodecimo: Cardinales in commissis sibi ecclesiis à Sede apostolica possunt beneficia conferre, & Jurisdictionem exercere ante captam possessionem, & ostensionem literarum, non obstante decisione *extravag. Injunctæ, de elect. inter communes.* Ludov. Gom. in *proem. regul. Cancell. quest. 4. num. 9.* Gonzal. in *regul. 8. Canon. eccl. Gloss. 21. num. 7.* Selv. de *benef. part. 2. quest. 3. num. 45. vers. Octavum.* Julius Lavot. *variar. lucubrât. tom. 1. tit. 4. cap. 15. num. 10.* Diana part. 5. tract. 2. resolut. 13. & Rota in *Burg. Canon. 3. Jun. 1583. coram Cardin. Lancelloti. seni.* Tertiodecimo: Beneficia familiarium Cardinalium non possunt conferri per Papam sine consensu Cardinalis Patroni. Aegid. Bellarm. *vers. 19. num. 2. vers. 5.* Barbosa loc. cit. num. 84. & alii. Quartodecimo: Cardinales judicant familiares privative quoad alios etiam Cardinales, & ideo etiam Vicarius Papae non judicat tales familiares, sed eos remittit suo Cardinali, quoad penam habet privatum carcerem. Sic de sty. o. curiae servari testatur Clar. §. *fin. quest. 35. num. 17.* Cardin. Tusch. *tom. 1. conclus. 100. num. 52.* Carol. de Grassis de *effect. Cleric. effect. 1. num. 151.* Carleval. de

judic. lib. 1. tit. 1. *disp. 2. quest. 9. sect. 9. num. 509.* Diana part. 5. tract. 2. resolut. 25. & alii. *tom. comp. art. 1.*

Hodie Cardinales non amplius judicant suos familiares, praesertim si delicta, & crimina committant, nec privatos habent carceres, ut Auctor asserit, teste Farinacchio *cons. 134. num. 6.* sed in eos economicum tantum dominium habent, scilicet correctionis tantum; vide *Cohellium cit. pag. 176. privileg. 22.*

Quintodecimo: Cardinales gaudent privilegio habendi partem reddituum Camerae apostolicae; *cap. Ubi periculum, §. Provisiones, de elect. in 6.* Sextodecimo: Cardinales asserenti aliquid actum in praesentia Papae, vel dicenti sibi vivæ vocis oraculo à Papa mandatum fuisse, credi debet. Imol. & Felin. in *cap. Quod super de fide instrument. Caputaquen. part. 1. decis. 95.* Barbat. de *praesent. Cardin. part. 2. quest. 1. Cardin. Thusc. 1. 1. conclus. 103. num. 2.* Diana *dict. tract. 2. resolut. 31.* & alii passim. Decimoseptimo: Cardinali asserenti se esse legatum, creditur circa ordinariam potestatem, etiam si literas sue legationis testes non exhibeat; *cap. Nobilissimum vir 3. dist. 97. Alvan. de Card. quest. 24.* Selva de *benefic. part. 2. quest. 3. num. 46.* Barbosa loc. cit. num. 63. cum pluribus ibi citatis. Decimooctavo: Cardinalis dicto, de consuetudine curiae, statui in iis, quae dicta, vel facta sunt coram eo, *cap. Constitutus, & ibi de appellat. Abb. caus. 8. lib. 2. col. 3. vers.* Primo enim: Card. Thusc. loc. cit. *conclus. 103. num. 8.* Diana *dict. part. 5. tract. 2. resolut. 31. Barbosa loc. cit. n. 65.* Decimono: Cardinales Episcopi habentes indultum, possunt, non obstante decreto san. mem. Clementis VIII. ante vacationem unius Seminarii beneficium, quod obtinet familiaris Papae defuncti. Sacr. Congr. Concil. in *Tudertina 15. April. 1628. apud Sellium in select. can. cap. 2. n. 26.*

Barbosa *apostol. decis. collect. 131. n. 21.* Vigesimo: Privilegia omnia Episcopis ob status dignitatem concessa, ad Cardinales extenduntur propter majorem eorum dignitatem, quam habent ex constitutione Eugenii IV. *incip. Non mediocri:* Sic expresse tenent Paulus Layman in *Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. p. 3. cap. 2. n. 1.* Diana *dict. part. 5. tract. 2. resolut. 48.* Barbosa loc. cit. n. 77. & alii passim.

Plurimis aliis privilegiis gaudent omnes Eminentissimi Cardinales, sed quia nimis operosum esset hic ea omnia retexere, relinquuntur videnda apud Alban. Manfred. Dian. Germon. Zech. Lorich. Azor. & alios de ipsis diffuse tractantes.

¶ De singulis Cardinalium privilegiis disserere longum esset, limites excederet additionum. Eo vel maxime, quod de numero eorum non convenitur: Albanus triginta tria enumerat privilegia, Cohellius quadraginta unum, Manfredus octoginta novem. Quidam in opere manuscripto, cuius meminit Germonius, tercentum. Vide, si lubet, Reverendissimum Trya in *Synopsi S. R. E. Cardinalium praecipuorum privilegiorum impressa post Platin. de Cardinal. officio, & dignitate editionis Romanae anni 1746.*

Illud verò hic non omitendum, quod Cardinales inter alia hoc donati sunt privilegio, ut testamentum facere possint, non secus ac milites; Rota *cor. Crisp. dec. 306. num. 3.* & *decis. 339. num. 1.* Nota verò, Cardinales non gaudere in testando militum privilegio quoad ea, quae militibus ratione imperitiae tributa sunt; adeoque haeredem in re certa instituere nequire. Rota *coram Crisp. dict. decis. 339. num. 13.*

Possunt itaque solum Cardinales ad instar militum sine solemnitatibus testari, & sic schedula ab ipsis scripta vel subscripta, sine ulla solemnitate à Jure civili praescripta, & sine ulla praesentia testium valet uti testamentum; Lanfredina. *respons. eccl. 4. num. 4.* Quod si Cardinalibus placeat testamentum mutare, vel non cum condere, eodem semper ibi gaudent privilegio non adhibendis solemnitatibus. Idem supremum tribunal *coram Crisp. dict. decis. 339. num. 18.*

Nonnumquam verò dubitari solet, an schedula à Cardinali relicta contineat certam, ac determinatam ejus voluntatem; vide ubi res posulat Lanfred. *respons. eccl. 27. num. 28.* utrobique per tot. qui doctè pro more materiam discutit.

ARTICULUS V. Quoad Cardinales in conclavi, & Sede vacante.

SUMMARIUM.

Quibus diebus transactis à Summi Pontificis morte ingredi debent Cardinales conclave: quomodo servitores habere possunt, & an in eo sit pro confessionibus audiendis habendus confessorius: quomodo procedendi Cardinales Episcopi & ubi convocandi, ad num. 8.

Exponuntur capitula de Cardinalium habitatione agetia; quibus negotiis vacare debeant, & qua forma in conclavi se gerere; plura in eo observanda designantur, ad num. 18.

Cardinales in conclavi existentes onera sibi incumbentia adimplere tenentur: in quibus Summo Pontifici succedant, referuntur; ratio discriminis proponitur, cur mortuo Episcopo jurisdictionis in capitulum non transeat, non in collegium Cardinalium decessio Summi Pontificis, ad n. 32.

Quae aliae limitationes praefigantur; & quando se immiscere possint: Legati seu Nuntii an revocandi à quo est faciendum Concilium convocato, duobus de Papatu contententibus, ad n. 40.

Quid efficere possit Cardinalium collegium in Papatu intrusum: per obitum Papae Legatorum Cardinalium an expirent facultates, & Congregationum quaedam dormiant, ad n. 45.

Quae ab eis possint expediti, ad n. 47.

Substructurum additiones ex aliena manu, ad numer. 50.

CARDINALES ingredi debent conclave transactis decem diebus à morte Papae. Gregorius X. in *cap. Ubi periculum, de elect. in 6.* ibi: "Cardinales, qui fuerint in civitate ipsa praesentes, absentes expectare decem diebus tantummodo teneantur, quibus elapsis, si absentes venerint, sive non, ex tunc omnes conveniant in palatio &c." Cardinales non possunt habere in conclavi ultra duos servientes Clericos, vel Laicos, sibi benevolos. Concil. Constant. *sess. 41.* ibi: "Quilibet non habeat ultra duos inservientes Clericos, vel Laicos, quos duxerit negligendos, & simpliciter permittatur duos habere per constitutionem Clementis VI. licet in constitutione: Ubi majus, non liceret habere duos, nisi ex patenti necessitate." In conclavi, Sede apostolica vacante, debet accedere unus Religiosus pro confessionibus audiendis, à majori parte Cardinalium per secreta suffragia eligendus.

¶ Quamquam olim Religiosus virum regularem indigitare multi contenderent: nunc tamen omni disputatio sublata esse videatur, cum in novissimo conclavi confessorius delectus fuerit ex clero seculari Illustri. DD. Adeodatus Barcali, qui SS. D. N. Clem. PP. Clementis XIII. est à confessionibus.

¶ Pius IV. in *constit. 63. incip.* In eligendis, §. 18. Cardinales Episcopi, audita morte Papae tenentur accedere ad conclave, & post Papae electionem & coronationem etiam per duos menses manere, & deinde redire ad suum episcopatum sub poena contra Episcopos non residentes. Urbanus VIII. *constitut. incip.* Sancta Synodus: Cardinales, non intrantes conclave, vel exeuntes sine causa, non sunt amplius requirendi, vel admittendi ad electionem faciendam. (Vide art. 3. & 4. verb. *Electio*.) Conc. Constant. *sess. 41.* Cardinalibus infirmis exeuntibus à conclavi, alii debent prosequi electionem, & convalescentes possunt redire; *cap. Ubi periculum, de elect. in 6.* & Conc. Constant. *sess. 41.* Similiter absentes, qui intra decem dies non se steterunt, si supervenerint in integrum, debent admitti ad conclave; *cit. cap.* Ubi periculum; & *cit.* Concil. Constant. *ibid.* Dato casu, quo Papa pereat extra civitatem Romanam, vel extra eam, in qua erat curia, tunc Cardinales tenentur convenire in civitatem, in cujus territorio, seu districtu Pontifex obijt, & ibi in palatio episcopali, vel alio commodiori loco construere conclave, & Papam de more eligere; nisi tamen

men talis civitas sit interdicta, vel contra ecclesiam Romanam in aperta rebellionem persistat, quo casu in aliam viciniorum, non interdictam, nec rebellem debent venire, *dist. cap. Ubi periculum, de elect. in 6. Ex dicta constit. Greg. X. in cap. Ubi periculum*: debent Cardinales habitare in habitatione communi; sed Clemens VI. const. 5. *incip. Licet*: decrevit, ut eorum cellae per cortinas dividantur. Concil. Constant. *sess. 41.*

10 Cardinales in conclavi nulli alteri negotio vacare possunt, quam negotio electionis Pontificis, nisi ecclesiae necessitas urgeat; & tunc negotia, quae peraguntur, debent esse omnibus nota; *d. c. Ubi periculum.*

11 Cardinales in conclavi nullos debent admittere ad se venientes, nec cuiquam debet dari aditus ad ipsos, & facultas cum eis secreta loquendi. Greg. X. in *dist. c. Ubi periculum, ibi*: Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, vel facultas secreta loquendi cum eis; nec ipsi aliquos ad se venientes admittant, nisi eos, qui de voluntate omnium Cardinalium inibi praesentium pro his tantum, quae ad electionis instantis negotium pertinent, vocaverint: Nec cuiquam licet mittere ipsis Cardinalibus, vel alicui eorum nuntium, vel scripturam, aut cum aliquo ipsorum secreta de negotiis loqui, sub poena excommunicationis ipso facto incurtende, *d. cap. Ubi periculum*: ibi: "Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, vel alicui eorum nuntium mittere, vel scripturam; qui vero contrafecerit, scripturam mittendo, vel nuntium, aut cum aliquo ipsorum secreta loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat." Gregorius X. in *dist. cap. Ubi periculum*: statuit, ut Cardinales intra tres dies deberent Pontificem eligere, aliis iis transactis, per 5. dies sequentes unum tantum ferculum haberent: & si infra 5. dies non eligerent, pane tantum, vinum, & aqua reficerentur, donec eligerent, ibi: "Verum si (quod absit) infra tres dies postquam (ut praedicitur), conclave praefatum eidem Cardinalibus intraverint, non fuerit ipsi ecclesiae de pastore provisum per spatium quinque dierum immediate sequentium, singulis diebus tam in prandio, quam in cena uno solo ferculo sint contenti, quibus (provisione non facta) decursis ex tunc tantummodo panis, vinum, & aqua ministrantur eisdem, donec eadem provisio subsequatur." Et merito haec lex constituta fuerat ad praevendendam de cetero infinita propemodum detrimenta, quae passim fuerat ecclesia catholica in satis longa vacatione Sedis Apostolicae. Vacaverat enim Sedes Apostolica post mortem Clementis IV. sui immediati praedecessoris per annos duos, menses novem, & dies duo secundum Graveson. in *tabula chronologica*, & Panvini in *chronologia ecclesiastica*. in *annot. Clem. IV. & Greg. X. donec suasionibus praecipue, & consiliis Sancti mei Seraphici Bonaventurae, qui tunc totius mundi Religionis Ministrum Generalem agebat, Cardinales discordes facti concordessent die prima Septemb. 1271. elegerunt Thealdum, seu Theobaldum Vicecomitem, patria Placentinum, Archidiaconum Leodiensem, qui tunc temporis cum christiano exercitu in Syria degebat, & sequenti anno scilicet 1272. sexto Kalendas April. Romam a Syria reversum in Basilica S. Petri Romanum Pontificem dictum Gregorium X. inaugurarunt, quo Pontifice electo, Joannes, Cardinalis Portuensis in haec duo carmina prorupit (*Vid. D. Gonzalo de Illescas in sua pontificali Historia lib. 5. cap. 40. idem demonstrantem*).*

12 Papatus munus tulit Archidiaconus unus. Quem Patrem Patrum fecit discordia fratrum.

13 Haec Greg. X. constitutio fuit de facto post eius mortem statim a Cardinalibus executioni demandata, utpote qui elegerunt Innocentium V. prima, vel altera die ab ingressu in conclave; cum post obitum Greg. X. non vacaverit Sedes secundum Panvini in *dist. chronologia ecclesiastica*, & alias chronologias, nisi per decem dies, quibus solummodo transactis debent Cardinales ingredi conclave pro electione, ut fuit statutum in eadem Gregor. X. constit. ut patet supra *num. 1.*

14 Cardinales in conclavi excludi non possunt ab electione activa, vel passiva ratione excommunicationis, suspensionis, vel interdicti; *Clem. de electione, cap. Ne Romani* §. Ceterum: ibi: "Ceterum, ut circa electionem

praedictam eo magis videntur dissensiones, & schismata, quo minor eligentibus aderit dissidenti facultas; decernimus, ut nullus Cardinalium cujuslibet excommunicationis, suspensionis, aut interdicti praetextu ad dictam electionem valeat repelli. Juribus autem circa electionem eandem hactenus editis plane in suo robore duraturis." & constit. Pii IV. *incip. In eligendis*: Sed in alia Gregorii XV. *incip. Decret. Romanum* §. 112. Plura alia observanda a Cardinalibus in conclavi fuerunt statuta ab ipso Gregorio X. in *cit. cap. Ubi periculum*; ad Clement. VI. *constit. incip. Licet*: ad Concil. Constant. *sess. 41.* a Pio IV. *constit. incip. In eligendis*: Sed in variis fuerunt moderata, & reformata a Greg. XV. *constit. 19. incip. Decret. Romanum*, ubi clarius, & diffusius omnia explicantur, & decernuntur: quae Gregoriana constitutio hodie observatur, prout etiam est confirmata ab Urbano VIII. *const. 45. incip. Ad Romani*: Cardinales in conclavi existentes possunt in suis titulis jurisdictionem exercere, non personaliter, sed per suos Vicarios, & Ministros; ordinaria enim jurisdictione, quam habent Cardinales in suis titulis ad praescriptum *cap. His, quae 11. de majorit. & obed. non expirat Sede vacante*, ut per Card. in *clement. Ne Romani* §. Irritum *quasi. 8. de elect. & Fagn. in cap. Cum olim 14. de majorit. & obed. num. 68.* Sic etiam major Penitentiarium in conclavi existens, potest, non personaliter, sed per officiales Penitentiarium exercere officium suum extra conclave; colligitur ex *Gloss. in clem. Ne Romani* §. Eo tamen proviso, *de elect. verb. Majorum*: ibi: *Tempore inclusionis major Penitentiarium, si est Cardinalis, per se non potest uti officio; si tamen vollet in clausura manere, etiam personaliter utatur officio, & expresso Fagn. loc. cit. n. 85.* Sic pariter Camerarius Cardinalis in conclavi existens potest, non per se, sed per suos ministros, & officiales suum exercere officium. Camerarii enim, & Penitentiariorum Papae officium, mortuo Papa, non expirat; eisque deficientibus potest collegium Cardinalium alios subrogare pro tempore vacationis. *Clem. de electione, cap. Ne Romani* §. Eo tamen proviso. Cardinales non sunt cogendi intrare conclave, nisi in casu quo nullus vellet intrare vel in casu, quo non electio Pontifice, omnes simul, vel successive exire contingeret; tunc enim intrare, vel reintrare essent compellendi. *Clem. de elect. Ne Romani* §. Porro: ibi: Porro si Romano non electo Pontifice, Cardinales omnes simul, vel successive (quod absit) exire contingeret conclave deputatum eisdem, hinc ad quos pertinet executio constitutionis praedictae, illos ex ipsis, quibus infirmitas oorporis, aut nota debilitas executionem non dabit, idem conclave, quam cito poterunt, reintrare compellant, penas in dicta constitutione contentas, nisi hoc fecerint, incursum."

15 Sede vacante Cardinalium collegium non succedit Pontifici in his, quae ratione excellentiae, dignitatis, & praerogativae Papae tantum sunt reservata; *cap. Ubi periculum* §. Idem quoque, *de elect. in 6. & Clem. de elect. cap. Romani*: & *const. Pii IV. incip. In eligendis* §. 6. Unde Sede vacante, non potest Cardinalium collegium creare Cardinales; *Gloss. in d. Clem. Ne Romani, de elect. in verb. Potestatis*: quam ibi omnes sequuntur. Immo Sede vacante, nec potest Cardinalium collegium restituere, & habitare Cardinales per Papam privatos, seu depositos ne quidem ad vocem; *cap. Unic. de Schismat. in 6. Nec potest, Sede vacante, tradere insignia cardinalatus Cardinalibus nuper creatis, eisque os claudere, & aperire. Colligitur ex cap. Ubi periculum, §. Idem quoque, de elect. cap. Ne Romani*: eo vel maxime quod ulla talis urgeat necessitas, cum oris aperitio, & similia sint simplicis ceremoniae, quae ad substantiam electionis non pertinent, & Cardinales noviter electi vocem habeant in electione ante aperitionem oris, ex adductis supra in articulo primo *n. 22.* Nec potest, Sede vacante, Episcopos creare, & electos confirmare. *Fagnan. in cap. Cum olim, de majorit. & obed. num. 32.* cum aliis ibi citatis, nec jam creatos deponeat; *Gloss. unic. in cap. Nullus 7. dist. 79.* quam ibi sequuntur Archidiaconus, & alii Cardinalium collegium, Sede vacante, beneficia conferre non potest. Joann. de Sel-

Selva *de benefic. part. 2. q. 2. num. 16. & 18.* August. Triumph. *de potest. eccles. q. 68. a 3. Fagnan. l. c. n. 30.* Nimirum, quia nec inferiora collegia hoc habent mortuo Praelato, *cap. Illa, ne Sede vacante, cap. unic. eodem tit. in 6. cap. 1. de Instit. in 6. & tenent communitur Doctores; quamvis jurisdictione Praelati, Sede vacante, transeat in collegia inferiora, ex cap. His, quae 11. & cap. Cum olim 3. de major. & obed. cap. Ad abolendam, de Haeret. cap. Episcopali Sede vacante *unic. de major. & obed. in 6. cap. Si Episcopus 3. & cap. Ecclesia cathedrali vacanti 4. de supp. neglig. Praelator. in 6. cap. Cum nullus 3. de tempor. ordinat. in 6. Et jurisdictione, & potestas Papae, Sede vacante, non transeat in collegium Cardinalium, ex *Clem. de elect. cap. Romani*: ubi expresse decernitur irritum, & inane quidquid potestatis, aut jurisdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificem pertinentis, coetus Cardinalium, Romana ecclesia vacante, duxerit exercendum, ibi: "Irritum nihilominus, & inane decernentes quidquid potestatis, aut jurisdictionis ad Romanum, dum vivit, Pontificem, pertinentis (nisi quatenus in constitutione praedicta permittitur) coetus ipse duxerit, eadem vacante ecclesia, exercendum;" & habetur etiam ex *constit. Pii IV. incip. In eligendis* §. 6. Unde in hoc collegium Cardinalium est detentis conditionis, quam sint interiora collegia, in quae sola transit jurisdictione, Sede Episcopali vacante; & non in collegium Cardinalium, vacante Sede Apostolica. Ita Joann. de Imol. in *d. Clem. Ne Romani in 7. notabil. n. 14. Capyc. dec. 114. n. 9. Fagn. in d. cap. Cum olim 14. de major. & obed. n. 55.* & est speciale in collegium Cardinalium, ut inquit Federic. de Senis *cons. 16. incip. Capitulum ecclesiae cathedralis n. 2. vers. Praeterea speciale est: Rationem specialitatis assignat Zanzelimus in eadem Clementina, Ne Romani*: & *Gloss. magna in fin. in cap. unic. de Schismat. in 6. videlicet, quia ob accelerandam provisionem ecclesiae, in cujus translatione imminet periculum, speciale quid statui debuit, & simile in c. Accusatus 8. de Haeret. in 6. §. Sane. Cardinales, Sede vacante, nec in arduis possunt se immiscere, nisi pro terra ecclesiae defendenda, & grandi evidenti periculo imminente, *cap. Ubi periculum 3. de elect. in 6. §. Idem ibi*: "Idem quoque Cardinales accellerandae provisioni sic vacent attentius, quod se nequaquam de alio negotio introntant, nisi forsitan necessitas adeo urgens incideret, quod eos oporteret de terra ipsius ecclesiae defendenda, vel ejus parte aliqua providere, vel nisi aliquid tam grande, & tam evidens periculum immineret, quod omnibus, & singulis Cardinalibus praesentibus concorditer videtur illi celeriter occurrendum." Ancharan. *ibidem n. 4. vers. Item notat in verb. Idem quoque*: Fagnan. *l. c. n. 79.* & expresse etiam Pius IV. in *const. incip. In eligendis* §. 6. Cardinalium collegium, Sede vacante, nullam potestatem, aut jurisdictionem habet gratiam aliquam, aut justitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi; sed ea omnia futuro Pontifici reservare tenetur. Sic expresse Pius IV. in *d. const. incip. In eligendis* §. 6. ibi: "Sedis autem vacatione durante, collegium Cardinalium in iis, quae ad Pontificem maximum, dum viveret, pertinebant, nullam omnino potestatem, aut jurisdictionem habet, neque gratiam, neque justitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi; sed ea omnino futuro Pontifici reservare tenetur." Potest autem collegium Cardinalium, Sede vacante, mittere unum Cardinalem pro terra ecclesiae defendenda, vel evidenti ingenti periculo, ut colligitur ex *d. cap. Ubi periculum; & Clem. Ne Romani de elect. & tenent in d. Clem. Ne Romani, Paulus de Eleazaris, Imola ibid. n. 26. Cardinal. ibid. §. Irritum in 2. q. 2.* Sic etiam potest Cardinalium collegium mittere unum Cardinalem ad Papam electum in absentia, ad illum reducendum ad Urbem, illique expensis necessariis constitutere de redditibus Romanae ecclesiae, *Gambart. de offic. & auctor. Legat. lib. 9. n. 185. Fagnan. loc. cit. n. 43.* Qui tamen missus Cardinalis in utroque casu non esset proprie Legatus cum jurisdictione, & potestate Legati, sed Nuntius ad illam tantum-***

modo necessariam defensam vel ad nudum illud ministerium facti. Cardin. in *d. Clem. Ne Romani* §. Irritum in 2. q. de electione; & ibi etiam Imol. *n. 26. & Fagnan. l. c. n. 143.* Item potest collegium Cardinalium, Sede vacante, Legatum missum a Papa revocare ex magna, & evidenti necessitate; *arg. cap. Ne pro dilatione, de penit. & remissionib. cap. Ubi periculum de elect. in 6. Clem. Ne Romani, de elect.* Non autem sic posset revocare sine magna, & evidenti necessitate; *arg. cap. Cum inferior 16. de majorit. & obed. & leg. Minor Magistratus ff. de minoribus, Fagnan. l. c. n. 45. & 46.* (Ad rem vide *verb. Capitulum, art. 3. n. 9.*)

16 Dnibus de Papatu contententibus, & Generale Concilium convocare reuocantibus, potest fieri convocatio a collegio Cardinalium; Cardin. Zabarella in *consil. 150. incip. In questione n. 6. in 3. q. Fagnan. loc. cit. n. 50.* Quoniam cum sint in possessione eligendi Romanum Pontificem; *cap. In Nomine Domini 1. dist. 23. cap. Licet 6. de elect. in 6. & cap. Ne Romani 2. Clem. de elect. per consequens ad eos spectant omnia, quae sunt consequentia ad electionem; cap. Cupientes 16. de elect. §. Ad haec, & §. Si vero, cap. Si forte 9. & quod ibi notatur in gloss. 3. dist. 65. Cardinalium collegium potest, & debet intrusum in Papatu anathematizare, & extrudere, textu expresso in *cap. Si quis pecunia 9. dist. 79. ibi*: "Si quis pecunia, vel gratia humana, aut populari, aut militari tumultu, sine concordia, & canonica electione, & Cardinalium & sequentium Ordinum Religiosorum Clericorum fuerit Apostolicae Sedis intronizatus, non Apostolicus, sed Apostolicus habeatur licetque Cardinalibus, & aliis Clericis Deum timentibus, & Laicis invasorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, & studio, a Sede Apostolica repellere, & quem dignum judicaverint, praeponeat." Et hujus canonis dispositio non est sublata, quin potius est praeservata in *dist. cap. Ubi periculum* §. Idem quoque, *de elect. in 6.* Nam extrudere invasorem Pontificatus spectat manifeste ad electionis negotium, cui jubentur Cardinales sic attentae vacare, ut de nullo alio negotio sese introntant, nisi data urgente, & imminente necessitate; & grandi periculo, quale esset in casu talis intrusionis, cui celeriter esset occurrendum, ut dicitur in ipso §. Idem quoque. Cardinalium Legatorum Apostolicorum officium non expirat per obitum Papae, seu Sede vacante, textu expresso in *cap. Legatos 2. de officio Legati in 6. ibi*: Praesentibus declaramus edito, commissum tibi a Praedecessore nostro Legationis officium nequaquam per ipsius obitum expirasse. Congregationum Cardinalium facultates sunt perpetuae, & non expirant per obitum Papae, sed etiam durant in tempus Pontificum successorum; habent enim jurisdictionem ordinariam, cum jurisdictione, quae defertur a lege, vel statuto, sit ordinaria; *l. Et quia, ff. de jurisdictione, ann. Julit. l. 1. in respons. de officio ejus, cui mandata est Jurisd. Tum quia de natura constitutionis est, ut sit perpetua; cap. Nemini 10. de officio Legati, Federic. de Senis *consil. 16. incipient. Capitulum Fagnan. l. c. n. 72.* & nostro in proposito satis clare cautum reperitur in declarationibus facultatum estium Congregationum editis a Sixto V. *constit. incip. Immensa* §. 3. ibi: *Graviora vero quaevis ad Nos, vel successores nostros deferantur, Ecce perpetuas, non enim possent graviora ad successores Pontifices deferri, nisi constitutio id statuens esset perpetua, & clarius habetur in §. 18.* "Ut autem haec nostrae litterae, quamprimum ubique locorum, & gentium innotescant, quas inter alias apostolicas, & perpetuas constitutiones annumeramus." Ultra quam quod creato novo Pontifice facultates Congregationum nunquam consueverunt tendi, sed sunt Congregationis, prout solebant vitare Papa praedecessore, quod aperte demonstrat, eas facultates non expirasse, alioquin opus esset nova concessionem, quia jurisdictione semel extincta, etiam causa extinctionis cessante, non reviviscit, *l. Qui res §. Arcam verbi. In perpetuum, cum concordant, de quibus ibi per gloss. ff. de volut. cap. Quareis, vers. Non postea autem*: & ibi *gloss. in verb. Contrahatur distinct. 4. de consecrat. (Vide verb. Delegare, & Jurisdictione).***

BIBLIOTHECA CLAVIARIUM S. J. A. N. L.

45 Licet autem Congregationum Cardinalium facultates per obitum Papae non expirent, tamen Sede vacante, Cardinalibus in conclavi manentibus, debent conquiescere, & dormire quoad negotia illa, & causas, quae in Congregatione expeditur per subscriptionem Cardinalis Praelecti, seu habentis sigillum. Et ratio est, quia in c. Ubi periculum 3. de elect. in 6. §. Ibidem quoque: praecipitur Cardinalibus existentibus in conclavi, ut accelerandae electioni Summi Pontificis sic vacent attentius, ut se nequaquam de alio negotio introritant, exceptis duobus tantum casibus, id est, urgentis necessitatis pro terra ecclesiae, vel aliqua ejus parte defendenda, & gravis periculi imminenti, ibi: Idem quoque Cardinales accelerandae provisioni sic vacent attentius, quod se nequaquam de alio negotio introritant, nisi &c. Vid. supra n. 33. quae exceptio in aliis firmat regulam in contrarium, ita ut imminente electione Summi Pontificis, Cardinales Electores non debeant se ab illa divertere, nam pluribus intentus &c. l. Nemo C. de Axirosor. cap. Diversis §. de Clericis conjugat. & notat in dict. cap. Ubi periculum, Joan. Andreas in verb. Alio negotio: Ancharan. n. 4. vers. Item notat in verb. Ibidem quoque. Congregationum Cardinalium autem negotia, quae in communi forma a solo Secretario expediti solent, possunt etiam expediti Sede vacante. Et ratio est, quia in his levibus, & ordinariis negotiis, quae a Cardinalibus non per se ipsos, sed per Secretarium expediti consueverunt, cessat omnino finis prohibitionis, d. cap. Ubi periculum: scilicet ne electionis negotium protrahatur, in quo grave imminet periculum ut ibi in principio, & in §. Idem quoque, adeoque etiam prohibito cessare debet, cap. Et si Christus 26. de Jurisjur. cum similibus, & consequenter cum facultates Congregationum non expirent per obitum Papae, ut dicitur in n. 43. utique poterunt in his levibus negotiis per Secretarium, ut antea, exerceri, ut sentit gloss. in D. Clement. Ne Romani §. Et tamen provisio, in verb. Expiratione: Et sic per Secretarium Congregationis Episcoporum & Regularium, possunt, Sede vacante, Cardinalibus in conclavi manentibus, expediti licentia pro puellis educandis, prout fuerunt expediti tempore Sedis vacantis per obitum Urbani VIII. ex ordine dato a Cardinalibus ante ingressum in conclavum, prout refert Fagn. loc. cit. n. 83. Et eadem ratione dari poterunt Transumpta & Duplicata: seu ut vocant, ita reperitur, & alia hujusmodi: ut sunt etiam causae ante obitum Papae jam resolutae in Congregatione, quae expediti poterunt a Secretario in illis casibus, sufficit ejus susceptio, Ita expresse Fagn. l. c. n. 83.

48 Cardinalis initio conclavis iurejurando servare promittunt constitutiones, quae habentur in Caereimoniali electionis Papae. Edite eae diversis temporibus fuerunt, nempe a Concilio Lateranensibus sub Nicolao II. anno 1059. sub Alexandro III. anno 1180. Lugdunensi sub Gregorio IX. anno 1272. Viennensi sub Clemente V. an. 1310. a Clemente VI. anno 1353. a Julio II. anno 1503. a Paulo IV. anno 1558. a Pio IV. anno 1572. a Gregorio XV. anno 1621. ab Urbano VIII. anno 1625. & a Clemente XII. anno 1732.

50 Ex hisce autem constitutionibus facile est colligere quomodo gerere se debeant Cardinales in conclavi. At ne nimis sim, vide Plat. de Cardinalis dignitat. & offic. cap. 31. cum additionibus Reverendissimi Tria. &c.

ARTICULUS VI.

Quoad Cardinalium sepulturam, & quartam parochialem.

SUMMARIUM.

- 1 Cardinales Romae decedentes, non electi sibi sepultura, ubi sepeliri debeant.
- 2 Si tales Cardinales nondum habuerint titulum, sepeliendi sunt in ecclesia S. Joannis Lateranensis.
- 3 Si Cardinales decedentes, non electi sepultura, habeant sepulcrum majorem, in eo sunt sepeliendi.
- 4 Cardinales autem decedentes extra Urbem, sive in parochia, sive alibi, sive in itinere, antequam ad Urbem pervenerint, non electi sibi sepultura, nec

- habentes sibi sepulcrum majorem, sepeliendi sunt in ecclesia majori loci obitus.
- 5 Nisi tamen alicui parochiae sint obligati ex receptione sacramentorum.
- 6 Cardinalis Regularis potest sibi eligere sepulturam ubilibet sine licentia Superioris Regularis, aliis decedens, non electi sepultura, sepelitur in propria ecclesia sui tituli, ad n. 7.
- 8 Nullis autem Cardinalibus permittitur unquam sepeliri in Basilica Vaticana.
- 9 Quarta autem parochialis, seu portio canonica debetur proprio paroco ex funere Cardinalium, qui sepeliuntur extra parochiam.
- 10 Addit. ex aliena manu.
- 11 Submittuntur supplementa Auctoris, ad n. 25.

CARDINALES Romae decedentes, non electi sibi sepultura, sepeliendi sunt in ecclesia sui tituli, si sepulcrum majorem non habeant, & non in parochia. Sic Rota in Romana juris tumulandi 20. Febr. 1702. coram D. Priolo, in sepultura cadaveris Cardinalis Pallavicini Episcopi Auximani anno 1700. in Urbe decessi sine electione sepulturae, & de mandato Eminentissimi Vicarii sepulti in ecclesia S. Martini in forma depositi, & facta obligatione de illo restituendo contra ecclesiam S. Andreae de Fractis parochialem, in qua obit, favore dictae ecclesiae S. Martini Titularis. Amostaz. de causis p. lib. 6. de funer. c. 8. n. 62. Card. Alban. de Card. q. 50. vers. Vel dicamus. Passer. de statu hominum ar. 4. inspec. 4. c. 2. n. 320. & alii passim. Si vero tales Cardinales nondum habuerint titulum, sepeliendi sunt in ecclesia S. Joannis Lateranensis, cum ipsa sit cathedralis Urbis; Cohell. de notitia Card. c. 16. priviil. 38. §. Verum, Petra tom. 1. comment. in const. 2. Honor. III. n. 32. Alban. Passer. Amostaz. loc. mox citatus; & Rota in dicta Romana coram D. Priolo n. 12. Si tamen Cardinales decedentes, non electi sepultura, habeant sepulcrum majorem, in eo sunt sepeliendi, in quo urgeat major affectio, sicuti haec ratione sepelitur quis potius in sepulcro majorem, quam in parochia. Sic expresse Card. Petra loc. cit. n. 32. Ultra quamquod Cardinales habentes sepulcrum majorem, censetur tacite elegerisse ipsum pro sua sepultura, arg. cap. Ebron. 2. & cop. Unaquaqueque 3. caus. 13. q. 2. Cardinales autem decedentes extra Urbem, sive in parochia, sive alibi, sive in itinere, antequam ad Urbem pervenerint, non electi sibi sepultura, nec habentes ibi sepulcrum majorem, sepeliendi sunt in ecclesia majori loci obitus, quia ratione dignitatis illa ecclesia censetur parochialis defuncti Murga de sepul. tr. 8. disquisit. 2. sectio. 2. dub. 7. conclus. 4. Petra loc. cit. n. 34. & Rota in dicta Romana coram D. Priolo num. 16. Nisi tamen alicui parochiae sint obligati ex receptione sacramentorum; Card. Petra loc. cit. n. 34. & videtur sentire Rota in d. Romana n. 15. Cardinalis Regularis, sicuti quilibet alius Cardinalis, potest sibi eligere sepulturam ubilibet, sine licentia Superioris Regularis: aliis decedens, non electi sepultura, sepelitur in propria ecclesia sui tituli. Non enim in dicto casu supponitur, Cardinale Regularem libere voluisse sepeliri in ecclesia Regularium, quia magis stringit vinculum proprii Tituli Cardinalitatis, quam vinculum generale religionis. Tum quia dum Regularis assumitur ad Cardinalatum, eximitur ab obedientia religionis, & sic sicuti remanet solutus a lege vetanae electionem sepulturae, ita praesumptio oritur, ut electio debeat esse in eo loco, in quo uti Cardinalis, & non uti Regularis sepeliri deberat, etiamsi sacramento alibi recipiat, ut prosequitur cit. decis. apud Piton. discept. eccler. tom. 2. post disceptat. 51. Petra loc. cit. num. 33. Nullis autem Cardinalibus permittitur unquam sepeliri in Basilica Vaticana; Cohell. in notit. Cardin. priviil. tit. 90. Passerin. loc. cit. num. 319. Petra loc. cit. num. 28. Quarta autem parochialis, seu portio canonica debetur proprio Paroco ex funere Cardinalium, qui sepeliuntur extra parochiam; Antonell. de regimin. eccl. lib. 1. cap. 11. n. 30. Piton. in addit. ad dict. discept. 15. in fine, Petra loc. cit. num. 55. Et sic sentit videtur Rota in dict. Romana coram D. Priolo pro sepultura cadaveris Cardinalis Pal-

lavicini n. 3. ibi: "Quarta, quae in quocumque casu parochiae debetur, cum ista sit in praemium laborum & propter administrationem sacramentorum, ac contrahatur in ipsa Nativitate, nempe ex susceptione Baptismatis."

10 Forma & solemnitas in exequiis S. R. E. Cardinalium servanda praescribitur a Benedic. XIV. tom. 1. Bullar. const. 37. incip. Praeceptum: in qua §. 2. praesertim mandat haberi sepellam pontificiam ad missam.

11 Quod ait Auctor, Cardinales, qui nec sepulturam elegerunt, nec sepulcrum habent majorem, sepeliri debere in ecclesiis suorum titulorum, id procedit etiamsi Cardinales inibi non resideant, quia residentia rigorosa non requiritur (ut ait Card. Petr. in comment. ad const. apostolic. const. 2. Honorii III. sect. unica. n. 32.) sed sufficit ut sit in Urbe: dum non omnes ecclesiae Cardinalium Titularium habent congruas habitationes, & vere nitiur haec resolutio non solum consuevit, sed etiam ratio, quia si Canonici sepeliri debent in cathedrali, & Latini in sepulcro majorem, ob praesumptionem eorum voluntatem etiam non facta electione, eo magis praesumpta voluntas est in Cardinali ratione sua ecclesiae titularis.

12 Cardinales in suis titulis possunt conferre Tonsuram, & minores Ordines personis addictis ejusdem ecclesiae servitio, Benedic. XIV. constit. incip. Ad audientiam §. 16.

13 Cardinales Episcopi suburbicarii, suffraganeum non habentes, suos subditos promovendo ad Vicarium Urbis ablegare debent. Idem ibid. §. 11. & 12. Si vero suffraganeum habeant, Alexander VII. constituit. incip. Apostolica sollicitudo: decrevit convenire, quibusdam Indictis ponis in eos, qui contrafecissent, neminem ex iis diocesis posse per hujusmodi suffraganeos ad majorem quemcumque ordinem promovere, nisi petatis antea in Urbe, in religiosa domo ad id designata, exercitiis spiritualibus per decem dies ad unumquemque ex iisdem majoribus ordinibus. Idem ibid. §. 11. 12. & 13. Possunt tamen per se, vel per alium Episcopum ordinare suos subditos, dum ipsi in diocesi commorentur: Idem ibid. §. 12. Vide ad id jam tradita verb. Ordo num. 77.

17 Cardinales Episcopi suburbicarii possunt Tonsuram conferre suis subditis in capella palatii Urbis irrequisito Urbis Vicario. Idem ibid. §. 21. Nequeunt tamen in sacello palatii Urbani, Tonsuram insimul, & Minores Ordines conferre suis subditis irrequisito Urbis Vicario. Idem ibid. §. 1. 7. 14. & 1099.

18 Cardinales Episcopi suburbicarii, dum Romae commorantur, manent extra diocesis suae fines. Idem ibid. §. 8. Excusantur autem a materiali residentia, vel quia Pontifex id sciens, & patiens, ipsosque praeterea videns, non obstantibus numeribus, quibus pro Apostolicae Sedis utilitate occupantur, suburbicariae diocesis regimen recte gerere possunt, tunc cum eis dispensat, vel quia ad eadem rerum circumstantias declarat, praecipuum divinum residentiae non comprehendere casum illorum, qui cens maneribus in Urbe additi, si non materialem residentiam in diocesi praesentes adimplent, formalem certe satisfaciunt, non solum adhibita in id Ministrorum opera, sed propria etiam adjecta praesentia, dum ad ipsam diocesium visitandam percommode se conferunt, ibidem §. 15.

20 Cardinalium Episcoporum suburbicariorum capella sita in palatio Urbis, non debet censi filio juris, ut aliqui praetendunt, adhuc res Episcopatu suburbicario. Idem ibid. §. 15.

21 Cardinalis Vicarius est Ordinarius Urbis, ibid. §. 18. Quoad Cardinalis Urbis Vicarii auctoritatem in exteris Romae degentes, & ad Ordines promovendos, Clemens VIII. decretum edidit, quo statuit, omnes exteris in Urbe degentes, qui ad Sacros Ordines, sive minores, sive majores, promoveri cupiunt, etiamsi dimissoriae litterae a suis Ordinariis obtinuerint, quarum vigore, a quocumque Episcopo ordinari possent; nihilominus neque his uti, neque Sacros Ordines extra Urbem suscipere posse, nisi antea examinati, ac approbati fuerint ab Examinatoribus Cardinalis Urbis Vicarii, hujusque licentiam obtinuerint; idque sub poena suspensionis quam

porro sequitur irregularitas, si ordinatus contra formam decreti in susceptis Ordinibus ministrare praesumpserit. Clementis decretum editum fuit de 14. Novembris anno 1603. deinde instauratum ab Alexandro VII. sub die 15. Maji 1654. Quum vero postmodum nonnullae oborta fuerint quaestiones super decreti interpretatione, ac praecipue quoniam censi debent Clerici exteri in Urbe commorantes sub ipsius decreti censura comprehensi; & utrum eidem decreto obnoxii dicendi essent hi, qui postquam in Urbe per aliquod temporis spatium morati fuerint, non examinati a Cardinalis Vicarii Examinatoribus, abscedunt, ut Sacros Ordines suscipiant a proprio Ordinario, quem scilicet proprium agnoscunt, sive ratione originis, sive domicilii, aut beneficii, aut denique triennalis servitii: Haec omnia opportunis decretis definita fuerunt in Congregatione particulari habita ann. 1668. cujus resolutiones videri possunt relatae per accuratissimum Rigaltium tom. 2. ad Regulas Cancellariae Regula 24. §. 3. d. n. 177. ad 185. Idem ibid. ad litteram §. 10. Allegata autem resolutiones apud Rigaltium loc. cit. sunt sequentes.

I. Qui dicantur Clerici in Urbe commorantes, ad hoc ut praefato edicto comprehendantur?

Resp. Qui habitant in Urbe, & in ea saltem per quatuor menses morati traxerint.

II. An Clerici in Urbe commorantes accedentes ad proprium Ordinarium, & ab eo suscipientes Ordines absque eo quod examinati fuerint in Urbe, afficiantur edicto supradicto?

Resp. Non afficiuntur edicto, si ab ipsomet Ordinario suscipiant Ordines; sed si ab alio ordinentur, etiam vigore dimissorialium proprii Ordinarii.

III. Clerici in Urbe commorantes, & ab Examinatoribus Eminentissimi Cardinalis Vicarii repositi, recipientes Ordines a proprio Ordinario, an incidant in praenas edicti?

Resp. Clerici ab Examinatoribus Eminentissimi Cardinalis Vicarii repositi in praenas edicti, etiamsi a proprio Ordinario approbati ab eodem susceperint Ordines.

IV. An Clerici in Urbe commorantes ordinari possint etiam ab Episcopis domicilii, & ab eo, cui triennale servitium personaliter praestiterunt ad formam Sac. Concil. Trid. sess. 23. cap. 9. de Reformat. absque eo quod prius examinati, approbati fuerint ab Examinatoribus, juxta supradictum edictum.

Resp. Clerici in Urbe commorantes bene recipiunt Ordines ab Episcopo domicilii, beneficii, vel triennalis servitii praestiti, dummodo ab ipsomet Episcopo ordinentur ad formam S. Concil. Trident. Et haec resolutioni addi modo posset, necnon ad formam constitutionis S. M. Innocentii XII. incip. Speculatorum: Vide ad id tradita verb. Ordo art. 3. num. 76. &c.

CARNO.

CARNIUM ESUS. Vid. verb. Abstinencia, num. 1. & 8. verb. Jejunium art. 1. num. 8. 27. & seq. ad verb. Lex. art. 23. d. n. 31. ad 35.

* Carnibus vesci in monasteriis Carthusiensibus est omnibus interdictum. Superioribus enim & Monachis ejusdem Ordinis sub poena excommunicationis latae sententiae Romano Pontifici reservata interdictum, ne cumcumque personae etiam Cardinali, in monasteriis dicti Ordinis carnibus vesci permittant; Clemens XI. constit. 50. incip. Ex injuncto Nobis.

Carnium esus, si cui concedatur tempore jejunii, a servare debet leges praescriptas de unica comestione, de non permiscendis epulis, de hora refectationis, & aliis declaratis a Bened. XIV. tom. 1. constit. incip. Si Fratemitas §. 1. Carnes comedi nequeunt in vespertina refectantacula tempore jejunii. Idem ibid. Vide verb. Jejunium art. 1. num. 35. ubi afferuntur omnia.

Carnium esus die Sabbati prohibetur Latinis in Graecorum famulatu degentibus; idem constit. 57. incip. Etsi §. 9. num. 9. Carnium esus diebus Sabbati per annum